



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniae, 1657

§. 168. Interrogabat autem eum multis sermonibus. v. 9.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

§. 168. Interrogabat autem eum multis sermonibus. v. 9.

Certe valde serium fuit Herodi videre miraculum, pro quo emendicando adeo, deposita regali maiestate garriebat. Sed non obtinuit percussor S. Iohannis, & adulter, & mali corui malum ouum, suum curiosum intentum.

Domine cum me considero, video quod in tali occasione honoris obtinendi & gratia fecissem, quidquid potuissem; sed & video aliud esse tuum iudicium, quam meum. Cum igitur tu sis vera sapientia; ecce abijcio meum iudicium & affectum & probo tuum; Nolo hominibus placere vt tuus seruus esse queam cum Apostolo ruo.

§. 169. At ipse nihil illi respondebat. v. 9.

Stultæ & risu dignæ interrogaciones responsum non merebantur, quia neque signis, neque verbis Christi futurus fuisset melior Herodes, qui non profectum quærebat; sed nouitatem & vanitatem sectabatur; vt Nero in nouo Icaro & alij in circulatoribus; cuius & manus sanguine iusti Iohannis, à se occisi, plenz erant.

DA & mihi ô Domine, hanc prudentiam; vt & tempore & loco, sileam & loquar, loquar autem tantum vbi eloquium tuum diuinum pijs atque attentas aures inuenit: & silentio inuoluam, quod non ædificat; ne verbis meis maleuolum quempiam ad malum prouocem, aut silentio pijs scandalum patem.

§. 170. Stabant autem Principes Sacerdotum & Scriba. v. 10.

Stabant oblitici passionibus & impetu animorum suorum decori, quod attendere debuisissent; & ideo etiam Herodes eos stare permisit; qui alias confidere debuisissent, etiam coram Rege, maxime extraneo, ipsorum Principum sacerdotum.

Domine Deus iuste permittis contemptum in sacerdotibus & Magistratibus, quando ipsi deserunt officium suum honoris & gloriae plenum; ne permittas obsecro in seruis tuis indignitatem hanc, ne incurrant in illam alteram, honorent vt honorentur ab alijs quia tu glorificantes te glorificas, & in SS. tuorum honoribus honoraris.

§. 171. Constanter accusantes eum. v. 10.

Continue, pertinaciter, acriter, intento & mixto clamore pergebant
 Q. accu-